

leſſimi, ut ſi cui veſtrum innotuerit ubi habitent hæretici, ubi doceant, quos frequentent, noſtræ ſollicitudini fideliter indicetis, contra communes hoſtes, pro ſalute communi, una communis, debet eſſe vigilantia, ne de alicujus membri Ulcere, etiam alia poſſint membra corrum- pi, & qui tales non prodendos putant, in Ju- dicio Chriſti, invenientur rei de ſilentio, etiam ſi non contaminentur aſſenſu.

17 Tum quia onus denuntiandi hæreticum, vel de hæreſi ſuſpectum, colligitur ex Sacris Scripturis Deuterom. c. 13. Verſ 6., Deuto- ron. c. 17. habetur ex Sacris canonibus c. qua- propter 2. q. 7. c. 2. de hæretic. quos tex. al- legat Farinac. de hæreſi q. 197. num. 35., habetur ex Bullis Pontificiis Gregor. 9., Innoc. 4., Nicolai 3. quas ad hoc allegat Carena de S. Offitio p. 2. tit. 9. §. 1., & edicta per Inquiſitores fidei frequenter publicata.

18 Quæ omnia Jura, etiam Monachos Ab- bates, & quorumcunque ordinum regu- larium, prælatos, & ſubditos comprehendunt, ut notavit Suarez. de fide diſput. 20. ſec. 4. num. 24. aliique relati per Farinac. dicta q. 197. num. 39., & per Caſtrum Pa- laum tom. 1. trac. 4. diſp. 3. p. 4. num. 2., & Lezana conſil. 12. num. 14.

Verùm ne rem tanti momenti ſicco pede pertranſeamus, & ne ob rationes aliquas dubitandi negligatur, aut per ignorantiam Prælati reputent, ſe hic, & nunc, non teneri, ac negligentiam culpam non incur- re, placet aliquas queſtiones, ſeu dubia diſſolvere.

19 Primò, dubitari poteſt, an ſi Prælatuſ no- vit, ſub ſecreto naturali, Monachum ſuum eſſe hæreticum, vel ſuſpectum de hæreſi, teneatur illud denuntiare; & teneri com- munis D.D. ſententia affirmat, ex allegatis per Carenam de Sancto offitio p. 2. tit. 9. num. 22., Diana p. 1. tract. 4. reſol. 24., & p. 4. tract. 5. reſol. 31., Lezana conſil. 12. num. 22. 23. 54., tum quia obligatio compre- hendit omnes ſcientes, nec diſtinguit de ſecreto, aut noto; tum quia hic agitur, tam de bono publico, quam privato, ejuſ- dem hæretici, aut ſuſpecti, ut ſcilicet re- ſpiciat errorem, & reſcipiat; nec am- plius recidat, & Thomas del Bene de Offitio S. Inquiſitionis p. dub. 15. num. 9., & ſeqq., ſic agit ad finem ſalutis animæ ejuſdem procurandæ.

20 Intellige tamen de ſecreto merè natura-

li, non autem de ſecreto Sacramentali, ad quod Confefſarius tenetur; non enim poteſt Confefſarius, ex ulla cauſa revellare, quæ audivit in Sacramentali confeſſione, quia ea non novit ut homo, ſed ut Deus, ſeu ut Dei Miniſter.

Sub qua reſtrictione non cadit, ſi hæreticus genuflexus ad pedes alicujus, revellaret ſuâ hæreſim, addens, id ei dicere ſub ſigillo confeſſionis, reverà tamen non confiteretur peccatum ſuum Sacramentaliter, quia, & in hoc caſu, illud ſecretum non excedit fi- nem ſecreti naturalis, & ſic non ceſſat ob- ligatio, ad allegata per Fagnanum in c. Tua nobis de teſtam. num. 38., & ſeqq.

21 In hoc caſu, quod Monachus peteret con- ſilium, à ſuo Abbate, & ſic revellaret ſuum errorem ſub ſecreto naturali, benè face- ret Prælatuſ, conſulendo ei, ut ſponte com- pareat, coram Inquiſitore, & errorem ſuū fateatur, quia evitabit omnes poenas, & Abbas liberabitur ab onere denuntiandi, dum Reuſ ſe ipſum denuntiet Lezana ſupra num. 50. Verſ 5. excuſabitur.

22 Secundò, dubitari poſſet ſi Prælatuſ ju- raret non denuntiare, an poſſit omittere denuntiationem. Solutio eſt, non poſſe, ſed teneri denuntiare, quia tale Juramen- tum tamquam de re mala, non tenet, cum non ſit Vinculum iniquitatis, c. quanto de Jurejurando c. inter cætera 22. queſt. 4., Le- zana dicto conſilio 12. num. 24., & ſeqq.

23 Tertio, dubitari poteſt, ſi Monachus hæ- reticus, vel ſuſpectuſ, eſſet Abbati conſan- guineuſ, ut Frater, vel ei valdè obſtrictuſ ob multa beneficia ab eo recepta, & ſolu- tio eſt, adhuc teneri, quia prævalet bonum publicum, & privatum ejuſdem Monachi, Carena d. tit. 9. à num. 11., & ſeqq., Ubi oſtendit, quod Pater Filium, & Filiuſ Pa- trem, tenetur denuntiare, & tanto magis Frater Fratrem, & Amicum. Diana p. 1. tract. 4. reſol. 5., Farinac. queſt. 197. num. 40., & ratio aperta eſt, quia Major Ami- cuſ eſt Deus, quam homo, Chriſtuſ enim dixit, majorem charitatem nemo habet, quam ſi ponat animam ſuam pro amicis ſuis; prout fecit ipſe Chriſtuſ.

24 Quarto, dubitari poteſt ſi Abbas prudent- ter, & cum verò timore, timeret ſibi gra- via mala ſequutura, ex tali denuntiatione, puta mortem, Obtruncationem Mem- brorum,

Solutio erit Primò, ſi hæreticuſ dogmatiza- ret, undè aliorum corruptio timeri poſſet, omninò tenetur denuntiare, & vitam ex- ponere, ad veritatem fidei tuendam; & idè plures aſſerunt, in denuntiatione hæretici formalis, quia veruſ Amicuſ, debet pone- re animam ſuam pro ſalute amicorum, ad allegata per Dianam p. 4. tract. 5. reſol. 36., & latius dixerat p. 1. tract. 4. reſol. 7. Ubi habentur D.D. aliter ſentientes Lezana d. conſil. 12. num. 49. 50. Addendo, quod non denuntians ob metum cadentem in con- ſtantem virum, nullo modo ſit ſuſpectuſ de hæreſi bene docuit Carena dicto tit. 1. 9. num. 45.

25 Secundò, ſi eſſemus in denuntiatione, ſuſ- pectorum de hæreſi, tunc faciliuſ admite- rem oppoſitam ſententiam, quando juſto timore, mala gravia timerentur, quia non ſic urget bonum publicum Carena de S. Of- fitio dicto tit. 9. num. 34. V. an autem.

26 Quintò, dubitari poteſt, an quando deli- ctum eſt ſibi ſoli notum, & conſequenter denuntians nullo modo probare illud po- teſt, an tunc poſſit omittere denuntiationem; Solutio eſt non poſſe omittere, ſed teneri denuntiare, quia denuntians in hac materia, non obſtringitur ad juſtificandū, quod denuntiavit, ut ex pluribus allegatis docet Thomas del Bene de Sancto Offitio Inquiſitionis p. 1. dub. 15. num. 3., & ſeqq., & reddit rationem Avila de cenſuris p. 2. c. 5. diſp. 4. dub. 3., quia bonum commune, prævalet ſamæ illiuſ, quia ſic conſulitur, ne error in alioſ extendatur Carena dicto tit. 9. num. 18., Lezana dicto conſil. 12. num. 39.

27 Sextò, dubitari poteſt, an præmittenda ſit fraterna correctio, & quidè ſi agatur de hæretico formali; non eſſe præmittendam, ex pluribus docet Carena dicto tit. 9. num. 16., & ſeqq.; Si verò agatur de ſuſpecto de hæreſi, & poſſet dubitari, quod per ignorantiam, per errorem, per inadver- tentiam, erraverit, tunc poſſet præmitti, & ſi delinquens corrigatur, non denuntiare. Lezana dicto conſil. 12. num. 33., & ſeqq. n. 46., & 59., Thom. del bene dicta dubit. 15. in advertendis num. 4., Ubi num. 6. refert decretum Alexandri VII. editum ab Anno 1660., Menſe Auguſti mandantis omninò fa-

ciendam eſſe hæreticorum denuntiationem, nulla præmiſſa correctione.

28 Diximus num. 15. negligente Abbate pu- nire delicta commiſſa à Monaco extra clau- ſtra, infra terminum ſibi ab Epifcopo af- ſignatum, juſ puniendi, devolvere ad Epi- ſcopum; ſed nunc quærimuſ, quiſ ſolvat expenſas Notarii, proceſſuſ, alimenta, & cætera neceſſaria, & proceditur cum hac diſtinctione, vel conventuſ, & Mo- naſteriuſ eſt pauper, ut non habeat bona in communi, & reddituſ in communi, vel non eſt pauper, ſed habet reddituſ in communi; in hoc ſecundò caſu Conventuſ, & Monasteriuſ, tenetur ſolvere expenſas Proceſſuſ, Notarii, & Miniſtrorū Curie, quod non ſolum habet locum in caſu quo punitiſ devolvat ad Epifcopum, per Negligentiam Abbatiſ, aut cujuſcum- que alteriuſ Prælati Regulariſ, ſed etiam quando Curia Epifcopi, primo Capit Monachum delinquentem extra clauſtra, & format proceſſum informatiuum, deinde tranſmittit ad Abbatem, Priorem, Guar- dianum &c.; pro illiſ primis actibus, Con- ventuſ tenetur ſolvere omneſ expenſas Ju- dicii, & alimenta neceſſaria juxta decreta Pontificia relata per Scamarolan in ſua tract. de Viſitatione Carceratorum lib. 1. cap. 3. nu. 29., & 31., folio mibi 53., & lib. 3. cap. 2. num. 37. folio 463., in primò autem caſu, quo Conventuſ non habeat communeſ red- dituſ, ſed pœnituſ Vivat, ex piis fidelium elemoſiniſ, ut Patreſ Capucini, & P. P. Minores Obſervanteſ Ordiniſ Sancti Fran- ciſci, ex decreto Concilii Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de regular., & P. P. Theatini donec ſuum primum Inſtitutuſ retineat, ad notata per Barboſam ad Trid. ſeſſ. 25. d. 6. 3. num. 16., quod ſpecialiter emanavit, quia ſuperioreſ Capucinorum, & Minoritarum in Con- cilio, enixè Inſteterunt, ita decerni, ut ob- ſervantiam eximie paupertatiſ Sancti Fran- ciſci, eorū Patriarchæ, obſervarent, & per- petuo imitarentur, iſtorum inquam Con- ventuſ, nò ſolvat expenſas propter exigentiam inopiam, & conſequenter impotentiam, quia intrat reg. (impoſſibilitateſ non eſt obligatio) l. ſiquiſ in gravi ff. ad Syllanian. cap. nemo po- teſt. de reg. Jur. in 6.

De Negligentia Advocatorum.

SUMMARI A.

- 1 **A**dvocati dicuntur, Patres Patriæ, & inter Nobiles numerantur.
- 2 Tenentur de Negligentia, quæ importet dolum, & latam culpam.
- 3 Advocati negligentes, carpuntur à Cicerone.
- 4 Advocatus, non tenetur de negligentia, si Clientis non ei debitum propinet honorarium.
- 5 Advocatus à Judice parti assignatus pro cause defensione, recusans debet carere foro.
- 6 Limita primo, si Advocatus justam habeat excusationem.
- 7 Limita secundò, si Clientis habeat alium advocatum idoneum.
- 8 Advocatus omittens defendere causam, ita ut Clientis, ex eo adversam patiatur sententiam, meretur puniri; ita si negligeret ad protrahendam litem, & teneretur ad inter esse parti.
- 9 Sententia adversa, ex tali negligentia emanata, non esset ipso Jure nulla, subveniendum tamen, ope restitutionis in integrum.
- 10 Subtrahens advocatum parti, aut scripturas, præsumitur fovere malam causam.
- 11 Advocatus, qui Visis scripturis, & habitis informationibus, si cognoscat certò clientem non fovere bonum Jus, recusando ejus defensionem, non est negligens, non tamen poterit, & inde partem adversam instruere, nec pro ea advocare, nisi Clientis arte, & dolo ad eum Confugisset, ut eum subtraheret parti, & præjudicaret in lucro.
- 12 Tenetur pro paupere patrocinari, etiam si nõ habeat spem lucri.
- 13 Limita, si advocatus esset adeò pauper, ut necesse haberet sibi, & familiae consulere, ut ei non superesset tempus advocandi, pro paupere.
- 14 Non debent Advocati, negligere vestes, & habitus suæ conditioni, & honestati decentes, ne contemnantur.
- 15 Advocatus negligens comparere ad Judicium hora indicta, sicut pars adversa probare cogatur, non culpatur, si ut adversarium fatiget, culpam incurrit, & tenetur parti ad interesse.
- 16 Sicuti peccant graviter advocati, Consilarii, procuratores, & alii, qui aut omissionibus, aut consiliis curant protrahere causam, ad effectum inducendi adversarium ad transigendum, & tenentur ad damna, & interesse parti.
- 17 An, si ex negligentia, vel imperitia Advocati, in causa sanguinis, Reus damnetur ad mortem, ipse Advocatus fiat irregularis, remissione.
- 18 Clericus in Jure peritus, recusans advocare pro Laico, & in Foro Laicali non est negligens.
- 19 Abbas, & Superior Religionis, tenetur pro suo Monasterio advocare, dum alius non sit idoneus, alias incurreret Culpam negligentia.
- 20 Valet Argumentum à milite, qui tenetur Castrum defendere, cujus custodiam suscepit, ad Abbatem, qui custodiam Conventus suscepit.
- 21 Superior Monasterii, si excommunicatus notorius non potest pro Monasterio advocare, secus si occultus.
- 22 Advocatus fiscalis S. Offitii, tenetur diligentissimè defendere Jurisdictionem Tribunalis S. Offitii.
- 23 Assignandus est Advocatus, in Sancto Offitio pro defensione reorum, etiam si reus renunciaret termino defensionum, sibi assignato.
- 24 Limita in delicto notorio.
- 25 Notorium dicitur, quod nulla tergiversatione cæleri potest.
- 26 Judex ipse tenetur diligenter inquirere, quæ pro veritate facti possunt investigari.

ARTICULUS II.

De Negligentia Advocatorum.

- A**dvocati, qui Patres Patriæ dicuntur, & peritiori labore, ac studio multum pro publica, & Reipublicæ utilitate, insudant, meritò inter nobiles adscribuntur, clauo *tex. in l. providendum C. de Postulando*, & erudito calamo notavit *Tiraquell. de nobilitate cap. 29. à principio*, & precipue *n. 12.*, *Joan. Garzias de nobilit. glos. 35. nu. 6. cum seqq.*, non tamen sunt Immunes à culpa negligentia, si omitant ea, quæ necessaria, & utilia noverint, ad defensionem suorum clientum, itaut, si propter talem negligentiam, cliens succumbat in Judicio, ipse advocatus teneatur parti ad interesse, *Speculator lib. 1. sub tit. de Advocato §. 9. sub. n. 17.*, *Trulench. ad decalo. tom. 1. lib. 8. c. 5. dub. 3. num. 2.*, quod saltem pro foro conscientia; habere locum dixit *Valerus de differentiis utriusque Fori in Vers. obligatio differentia 3.*
- De qua autem negligentia, & culpa teneatur; dicas de dolo, & lata culpa, dum fuerit requisitus, si verò non requisitus, se obtulit ad patrocinandum, tenetur etiam de levi ad tradita per *Sylvestrum Vers. Culpa quest. 4.*, *Valerum dicto tract. in Vers. damn. n. 7. Vers. Prædictam autem; Azor. p. 3. lib. 13. c. 29. V. dubium quintum.*
- Undè Cicero, referente *Amiano Marcelino lib. 30.*, arguebat advocatos sui temporis, per hæc verba (*non defendi homines sine vituperatione fortassis posse, negligenter defendi, sine scelere non posse*) ex quo dictò credit Cicero, minus malum non suscipere clientuli defensionem, quam susceptam, negligenter pertractare.
- Quod autem diximus, advocatum negligentem culpari, & teneri parti ad interesse; limita si cliens non solveret debitum honorarium advocato, non enim tenetur gratis laborare, sublata obligatione, non est locus negligentia; quæ (ex dictis in prima parte) est ommissio ejus, quod quis facere debet, & potest. *Postbius de Manutene. observ. 81. num. 31.*
- Si autem contingeret, quod Judex ex suo

- officio, parti assignaret Advocatum, & hic recusaret impertiri officium suum, meretur carere foro, juxta *tex. in l. providendum C. de Postulando*, ubi *Barbosa num. 7.*, & *c. Infames §. si quis vero monitus 3. quest. 7.*, *Missinger Centuria 4. observat. 32.*, *Gail. lib. primo observat. 40. sub num. 1.*, *Gratian. dissect. c. 36. num. 22.*, *Borell. summa decis. tom. 1. tit. 65. num. 43. ad tex. in l. qui necessario*, ubi *Barbosa*, & plures per eum allegati, *num. 2.*, & *4. C. de advoc. divers. Judic.*; Ided cogi potest. *Postbius de Manutene. observat. 81. num. 31.*, *Conciol. resol. crimin. Vers. Advocatus resol.*
- Quod limita primò, si advocatus haberet justam, excusationis, causam, quia data justa excusatione, cessat negligentia, justa autem excusatio esset, si patrocinandum esset contra sibi conjunctos, vel amicos, vel patriam, vel alios, à quibus solet salarium recipere, vel quibus suum patrocinium, præventivè promississet, ex adductis per *Borell. loco supra num. 44.*, vel contra dominum, si Vassalus, *Speculator lib. 1. tit. de advocato num. 30.*
- Limita secundò, si pars, cui assignatus fuit advocatus, habeat alium advocatum idoneum, & sufficientem, à quo valeat tueri, & patrocinari, quia tunc tantum tenetur, quando tutela, & patrocinium esset necessarium, cessante autem necessitate, cessat obligatio, & cessante obligatione, cessat negligentia adnotata per *Vivium com. opin. lib. 2. opin. 6. num. 19. Vers. sed idem advocatus*, & post eum *Barbosa in l. Sancimus num. 5. C. de Advocat. divers. judic.*
- Advocatus scienter aliquid omittens, propter quod cliens perdit causam, debet puniri juxta *tex. in l. si patronum C. de advoc. divers. Judic.*, vel omittens ex industria, ea quæ facerent ad celerem expeditionem causæ, ut protracta lite producatur Salarium, esset negligentia culpandus, ac puniri mereretur, *ad tex. in l. Quisquis vult*, ubi *Barbosa num. 7.*, & *10. C. de Postolan.*, poena autem esset arbitraria, & teneretur
- O ad in,